

In quibus ut in multis superbenedicti gratia ostenditur et sui sanctissimi confessoris eminentia declaratur.

(7). Anno millesimo tricentesimo tricesimo primo quedam apud Egmundam in clerico materia cernitur, que ibidem patrono, sanctissimo videlicet Adalberto^a, non immerito sociatur. Hic etenim devotum se simulans precesque pro prebenda offerens, in socium et in fratrem a conventu suscipitur, assignato sibi tempore, quo claustralis ab eo habitus, ut ordo postulat, susciperetur. Quo tempore videlicet instante, idem in conventu comparuit, ubi dominorum caritatem, multis utique temporibus commendatam, insipienter^b licet sapiens simonie glosulis infestavit, quasdam^c pro se non causas, sed occasiones proferens et hiis a cetu Deo servientium se secernens^d. Cui mox divina ultio affuit monoculumque effecit, ostendens, quod, qui claustralia, cum possibilitas se optulerit, dedignatur suscipere, quod utique cecus efficitur saltem mente, ubi illud Psalmiste: 'Hunc humiliat et hunc exaltat'¹ verificari cernitur. Nam quo quondam Christi gracia Erlinde nostri comitis filie visus redditur^{e, 2}, hic cecatur.

(8). Octo^{f, 3} quater Christi caro C ter et M tribuisti⁴, dum apud^g Egmundam quedam mulier in die translationis sanctissimi^h Adalberti ibidem patroniⁱ more consueto caseum faciens manuumque^k compressionibus^l coagulum glutinans, liquorem effundere^m nititur, ubi seri color modicus, verum sanguinis dimidium sextarii reperitur, in quo strages multorum prenosticari poteruntⁿ. Nos autem petimus Deum cum patrono nostro eisdem miraculis^o venerari.

(9). Quedam⁵ de Lymmen^p vidua, oculorum beneficio viduata^q, ad sanctissimi^r Adalberti capsam ducitur, ubi re-

a) 'Adelberto' Hs. b) 'enter' auf Rasur. c) 'quasoā' Hs.
d) 'secernes' Hs. e) 'reddit' Hs. f) 'Anno 1332' statt 'Octo — tribuisti' Mabillon; 'Eodem anno' hat die Chronik dafür, wo auch 'dum' fehlt.
g) 'mulier quedam apud Egmondam' Chronik. h) 'beati' Mabillon und Chronik.
i) 'quae est XVII. Kalendas Iulii' fügt Mabillon hinzu.
k) 'suisque' Chronik. l) 'comprehensionibus' Mabillon. m) 'effondere' Hs.
n) 'poterit' Chronik. o) 'miraraculis' Hs. p) 'Limmen' Mab.
q) 'privata' eb. r) 'santissimi' Hs.

1) Psalm 74, 8. 2) Vgl. Ruoperts Vita Adalberti, Kap. 20 (SS. XV, 703). 3) Kap. 8 = Mabillon Kap. 16; Henschen § 21, 1. Hälfte. Das 8. Kapitel bildet auch den Schluss von Wilhelms Chronik (a. a. O. S. 268); vgl. oben S. 794. 4) d. h. im Jahre 1332. Verse dieser Art, die ja im späten Mittelalter beliebt sind, finden sich auch in der Chronik S. 91, 164, 210 f. 5) Kap. 9 = Mabillon Kap. 17; Henschen § 21, 2. Hälfte.